Dd 2, fol. 68. Janue 30 dec. 1385. « Concessimus licentiam fratri Nicholai de sancta Victoria ut possit in conventu Venetiarum legere cursus suos, dispensantes secum de cursibus lectura si casu aliquo legere non valeret, concedentes eidem ut lectorari valeat sub magistro regenti qui tunc fuerit ».

Dd 2, fol. 77^{vo}. Mediolani 23 feb. 1386. « Concessimus licentiam fratri Michaeli de Cremona studenti Bononie ut possit sub magistro ibidem regente quam cicius sibi fuerit commodius gradu et titulo lectorie insignire de cursuum lectura sue compatiens infirmitatis secum misericorditer dispensantes ».

Voir aussi Dd 2, fol. 128 Perusii 18 jan. 1387; Dd 3, fol. 69^{vo} Ymole 30 maii 1388; fol. 94^{vo} Senis 3 apr. 1389; fol. 111^{vo} Padue 13 aug. 1389; fol. 119 Colonie 3 nov. 1389; fol. 151 Veneciis 11 jan. 1392; fol. 182^{vo} Arimini 15 apr. 1393; fol. 187 Veneciis 23 jul. 1393.

dans ce « Studium ». Mais il était absolument obligatoire d'y accomplir ces trois années d'études pour être promu au lectorat. Personne ne pouvait quitter Paris avant le terme de son « triennium » ou obtenir le grade de « lector » avant la fin de cette période ³⁶).

Mais c'est justement à Paris que le Prieur Général Grégoire de Rimini constate en 1358 la même tendance qui avait inquiété le Chapitre Général de Bologne et qui lui avait inspiré de prendre la décision signalée. Réagissant énergiquement, Grégoire de Rimini impose et ordonne que désormais personne ne puisse être promu au lectorat avant le terme de ses études obligatoires. Il fait savoir aussi qu'il ne sera plus disposé à accorder de dispenses. Mais en cas d'infirmité d'un étudiant le prieur du couvent de Paris et son conseil sont autorisés à lui permettre de rentrer dans sa propre province ³⁷).

³⁶) *Acta Cap. Gen.* 1306, *Anal. Aug.* 3 (1909) 57. « Item cum multi minus sufficientes Parisius ad studendum accedant et ambitiosi ac avidi honoris officii lectorie, quantocius illud possunt officium adipisci de Parisius revertuntur, non curantes habere rem talis officii, dummodo tali nomine potiantur, quod quantum cedat in despectum et notam nostri ordinis nemo sane mentis ignorat; diffinimus et diffiniendo statuimus, quod nullus studens ante completum triennium, computandum a die quo Parisius studere incepit, de ipso Parisius possit recedere, vel ad lectorie officium promoveri. Si quis autem ante dictum triennium ad lectoris officium promotus fuerit talem promotionem decernimus irritam et inanem; et si de Parisius ante dictum triennium non promotus recesserit, numquam possit ad ipsum officium promoveri; nec aliquis possit micti Parisius ad studendum, qui prius non fuerit saltem per duos annos in aliquo Studio Generali, nisi patri nostro Generali propter alicuius sufficientiam, vel persone conditionem, in aliquo superiorum casuum videretur fore aliud observandum ».

³⁷) Dd I, fol. 45. Arimini 13 aug. 1358. « Scripsimus unam literam priori et magistris ac fratribus universis conventus parisiensis, in qua inter cetera sic habetur: ... Porro sicut ex experientia facti percepimus nichil sic ordini officit prelibato sicut inordinata promotio studentium Parisiensium prepropera nimium et festina, in quorum multitudine numerosa plurimos reperimus in lectoris solo nomine gloriari, et hoc quia ante cupiunt lectores dici quam boni scolares haberi, propter quem abusum tantum et talem in lectoribus ydoneis defectum habemus quod de impossibili vel valde difficili cum locus vacat cuiuscumque lectoris alium ydoneum vix possumus subrogare, nec multos scimus lectores, ydoneos vacantes officio de presenti. Quo circa cupientes tam pestifero obviari langori et tanto ordinis dispendio providere, vobis tenore praesentium facimus manifestum quod cum aliquo studente Parisius ante completum triennium iuxta formam Additionum nostrarum super hoc non intendimus dispensare nec facere quod odimus nec quod dampnavimus velle nec quod horremus circa aliquem exercere ut in dicto studio expediri possit, seu antea promoveri aut licentiari ad officium lectorie; unde sibi caveant prior, magistri et reliqui patres conventus eiusdem nos de cetero de tali gravare materia quia talia regalia proponimus nullatenus exaudire ».

La même tendance à précipiter la promotion au lectorat se révèle vers 1386 dans le « Studium » de Bologne³⁸). Ce « Studium Generale » devenu plus important depuis la fondation d'une faculté de théologie dans cette ville universitaire en 1364, prit peu à peu la relève de celui de Paris. Surtout depuis l'éclatement du schisme d'Occident, divisant également l'Ordre en deux obédiences, le rôle du « Studium » de Bologne devint prépondérant pour l'obéissance romaine, principalement pour les provinces italiennes³⁹).

Bien que l'attitude des Prieurs Généraux fut ferme au regard de cette tendance de précipitation au lectorat, les dispenses qu'ils accordaient sur ce point étaient assez fréquentes. Cependant lorsqu'ils permettent à un étudiant d'un de ces « Studia » de se présenter à l'examen avant la fin de son séjour obligatoire, ou lors-

³⁸) Dd 2, fol. 89. Florentie 14 maii 1386. « Mandavimus reverendo magistro regenti qui nunc est aut pro tempore fuerit, aliisque magistris, priori, lectoribus actu legentibus et non legentibus conventus Bononie, per obedientiam salutarem quatenus nullomodo deponere debeant pro aliquo studenti parisiensi ad gradum lectorie, incompleto triennio, nisi de nostra gratia spetiali de presenti prohibitione mentionem spetialiter faciente, magistro regenti qui nunc est aut pro tempore fuerit vel eius vices gerenti quatenus nullus de dictis studentibus debeat incompleto trienno aut sine nostra spetiali gratia gradu lectorie insignire ».

³⁹) *Acta Cap. Gen.* 1365, *Anal. Aug.* 4 (1911) 450. « Item diffinimus quod in universitatibus Tholose, Bononie, Florentie et Paduana studentes nostri, completis suis cursibus, lectorari valeant per magistrum regentem; et eiusdem gradus sint et honoris ac si fuissent lectorati Parysius ».

Acta Cap. Gen. 1385, *Anal. Aug.* 5 (1913) 53, 54. « Item diffinimus et ordinamus quod sola universitas Bononiensis in Ytalia sit, in qua pro forma (parisiensi) baccellarii ad gradum magisterii consequendum diffiniantur seu ponantur, nec super hoc volumus patrem nostrum Generalem aliud posse disponere vel immutare ».

Acta Cap. Gen. 1391, *Anal. Aug.* 5 (1913) 99. « Item diffinimus et presenti diffinitione mandamus... ut nullus frater antedicti ordinis Parysius vel in alio quocumque studio in locis scismatis presumat ut studens residentiam facere vel gradum lectorie, Biblii... acceptare... ».

Dd 2, fol. 76. Mediolani 16 feb. 1386. « Venerabili viro fratri Bartholomeo de Bononia in sacra theologia etc. Cum in nostro Parisiensi conventu et studio more laudabili actenus extiterit observatum ut penultimo magistratus in dicto conventu senior magister existeret, cuius studii consuetudinibus approbatis debet se nostri conventus Bononiensis studium universaliter conformare, ideo... ».

Dd 2, fol. 76^{vo}. Mediolani 16 feb. 1386. « Venerabili viro fratri Bartholomeo de Bononia... Ne propter absentiam vel carentiam magistri regentis in conventu Bononiensi, studium, ordo et conventus quomodolibet patiat incommodum, tenore presentium te... secundum laudabiles mores studii Parisiensis, in dicto nostro conventu... ».

qu'ils autorisent les maîtres régents à promouvoir au lectorat tel ou tel étudiant avant le terme de son « triennium » dans ce centre, ils font presque toujours explicitement mention des ordres contraires dont ils accordent la dispense ⁴⁰⁾. L'infirmité du candidat était pour

⁴⁰⁾ Dd 2, fol. 26^{vo}. Veneciis 15 nov. 1384. « Precipimus... fratribus Andree et Blasio de Ungaria, pro forma parisiensi Bononie studentibus ut quam cicius potuerint comode gradum debeant recipere lectorum,... Mandantes... Regenti magistro in Bononia vel eius vicem gerenti, quatenus quemlibet eorum ad suam requisicionem gradu lectorie debeat insignire, non obstante quod tempus debitum in dicto studio Bononiensi non compleverint, ut nostri ordinis precipiunt sanctiones ».

Dd 3, fol. 20^{vo}. Pisis 13 jun. 1387. « Concessimus reverendo magistro Gregorio de Arimino... ut fratrem Bartholinum de Alexandria possit facere lectorem in dicto conventu; concedentes patribus conventus Bononie ut pro ipso deponere possint et magistro regenti ut ipsum gradu lectorie insignire, non obstante quod eis alias oppositum mandavimus, dispensantes cum eodem super toto residuo temporis quo deberet in studio parisiensi permanere... ».

Dd 3, fol. 25^{vo}. Empoli 26 jun. 1387. « Commisimus reverendo magistro Gregorio de Arimino, ut... Item quod unum alium ydoneum et sufficientem ibidem pro lectore nostra auctoritate ponere possit. Et si contingat facere unum sive eligere de studentibus Bononie pro forma parisiensi concessimus patribus conventus Bononie ut pro illo deponere possint pro gradu lectorie adipiscendo et reverendo magistro regenti ut ipsum possit gradu lectorie insignire, non obstante nostro precepto alias per nos eis facto, dispensantes cum eodem super toto residuo temporis quo deberet stare in studio parisiensi, si illud integraliter non compleverit... ».

Dd 3, fol. 106. Padue 20 jul. 1399. « Concessimus licentia fratri Alberto de Frisia qua possit lectorari sub magistro regente Bononie in festo Purificationis Virginis proxime futuro, non obstante nostra ordinatione facta in oppositum ».

Dd 3, fol. 128. Tridenti 23 jun. 1390. « Concessimus licentiam fratri Michilino de Terdona quod possit Bononie lectorari sub regente magistro quando-cumque sibi placuerit, non obstante quacumque nostra ordinatione facta de non lectorandis ante triennium in prefato studio ».

Voir aussi: Dd 3, fol. 20^{vo} 13 jun. 1387; fol. 101 29 maii 1389; fol. 102^{vo} 14 jun. 1389; fol. 128 23 jun. 1390; fol. 129^{vo} 18 jul. 1390; fol. 153^{vo} 14 jul. 1391; fol. 169^{vo} 29 aug. 1392; fol. 177^{vo} 28 nov. 1392; fol. 177^{vo} 8 dec. 1392; fol. 178 8 dec. 1392; fol. 184 13 maii 1393; fol. 184 15 maii 1393; fol. 188 8 aug. 1393; Dd 3, fol. 191 26 oct. 1393; etc.

Dd 1, fol. 84. Padue 4 sept. 1358. « Mandavimus fratri Johanni de Staigis studenti Parisius quatenus officio lectorie per magistrum ibi regentem vadat pro lectore secundario in loco nostro de Praga, non obstante quod Parisius non compleverit tempus suum ».

Dd 1, fol. 140. Papie 22 feb. 1360. « Ad instanciam et petitionem venerabilis viri fratris Nicolai de Machelinia sacre theologie licentiatu commisimus quod duo fratres studentes Parisius provincia Saxonie possint ibidem lectorari esto quod non compleverint tempus triennii dummodo etc. ... ».

ainsi dire reconnue comme titre valable par le Général dans la lettre adressée au couvent de Paris ⁴¹⁾. En effet, cette raison occasionna l'octroi de la dispense pour quelques étudiants de Bologne ⁴²⁾. Mais dans la plupart des cas les lettres de dispense ne mentionnent pas pour quelle raison cette grâce est accordée.

Rarement les lettres de dispense accordent au candidat d'être promu au lectorat sans avoir passé l'examen prescrit ⁴³⁾. Au con-

⁴¹⁾ Dd 1, fol. 45. Arimini 13 aug. 1358. « Scripsimus... priori et magistris ac fratribus universis conventus parisiensis,... Sed si aliquis studens ibidem causa infirmitatis necessitatem habeat penitus recedendi tunc prior et patres consilii illi possint licentiam impertiri ad suam provinciam redeundi... ».

⁴²⁾ Dd 3, fol. 20^{vo}. Pisis 12 jun. 1387. « Concessimus fratri Petro de Monte Alcino ut sub reverendo magistro Antonio de Florentia regente Bononiensi cum consilio et assensu patrum conventus Bononie possit lectorari dummodo informatio nobis sit veridica, scilicet quod causa infirmitatis non possit ibidem diutius manere; quod si non, tunc dictam licentiam nullius volumus esse valoris ».

Dd 3, fol. 82. Rome 21 oct. 1388. « Concessimus licentiam fratri et magistro Bartholomeo de Bononia etc. Cum fuerimus multipliciter informati fratri Johanni de provincia Colonie Bononie studenti pro forma parisiensi adeo Bononiensem aerem fore contrarium ut ibidem sine periculo vite non possit moram contrahere, sic diuturna experientia dicitur comprobatum, ideo tenore presentium sibi concedimus ut si sic reperientur determinatione patrum conventus et studii Bononie prout narratur superius, prefatum Joannem lectorie gradu possit et valeat insignire non obstante precepto de non lectorandis in antedicto studio ante completionem triennii sine nostra habita in scriptis licentia speciali ».

⁴³⁾ Dd 2, fol. 128. Perusii 18 jan. 1387. « Concessimus magistro Gregorio de Arimino licentiam qua possit fratrem Johannem de Sancta Anatolia gradu lectorie insignire dispensando secum super lectura cursuum in toto et in parte, concedentes sibi ut super communi examine lectorandorum, lectionibus legendis, responsione questionis et aliorum actuum qui per lectorandos, secundum ordinis instituta fieri consueverunt cum eodem valeat dispensare, non obstantibus quibuscumque ordinationibus ordinis, Constitutionibus, Additionibus vel diffinitionibus oppositum statuentibus quoquomodo ».

Dd 3, fol. 2. Perusii 13 feb. 1387. « Concessimus licentiam fratri Luce de Bono de Messana qua possit sub uno reverendissimo magistrorum ordinis nostri quem ipse duxerit eligendum lectorie gradu et titulo insigniri, dispensantes secum in et super lecturam lectionum, responsione questionis et aliis omnibus que in communi examine lectorandorum observari consueverunt. Quo gradu adepti fecimus ipsum lectorem secundarium in conventu nostro de Messana... ».

Dd 3, fol. 43^{vo}. Ferrarie 8 oct. 1387. « Concessimus et per obedientiam salutarem precipimus magistro Antonio de Florentia regenti conventus Bononie ut die dominica proxime futura debeat lectorare fratrem Bertholinum de Alexandria lecta solummodo tertia lectione et responsio de una questione ut moris est, dispensantes secum super duabus primis ».

Dd 3, fol. 177^{vo}. Florentie 28 nov. 1392. « Ordinavimus quod magister

traire on trouve souvent dans ces lettres, qui autorisent la promotion et dispensent de plusieurs obligations, des termes qui exigent que l'examen soit passé conformément aux règlements ⁴⁴⁾.

Si le candidat avait subi son examen avec succès et si le jugement du conseil avait été favorable, on lui conférait le titre et le grade de « lector ». Comment cela se passa-t-il ? Bien que les Constitutions et les « Additiones » ne disent que « de caetero tamquam lector habeatur » et « pro lectore reputetur » et bien que les « Additiones » ne parlent que de « licentiarie », il y avait fort probablement une certaine cérémonie à l'occasion de cette promotion au lectorat. Au moins déjà à la deuxième moitié du 14^e siècle une cérémonie plus ou moins officielle était d'usage, comme nous le révèle la correspondance prieurale. Les formules utilisées dans les autorisations et permissions concernant une telle promotion, comprennent souvent les termes « licentiarie ad gradum », « ... ad officium lectorie », « lectorare », « gradum lectorie suscipere, recipere, adipiscere, conferre ». Mais y figurent assez souvent d'autres termes comme « lectorie titulo insignire », « gradu et titulo lectorie insignire », « gradu insignire », « lectorie titulo decorare » ⁴⁵⁾. « Insignire » signifie bien semble-t-il : transmettre au « lectorandus » les « insignia » de sa dignité et lui conférer ainsi le titre et le grade de « lector ». Dans ce contexte une lettre de ce genre, mais plus tardive, est très significative. Le premier juin 1482, Ambroise de Cora, Prieur Général de l'Ordre, écrit qu'il a fait lecteur Léonard de Bologne et qu'il charge le prieur du couvent de Bologne de lui

Augustinus de Roma, magister regens in conventu Bononie, possit lectorare fratrem Conradum de Pistorio, in dicto conventu de Bononia pro forma parisiensi, perlecta sola lectione tercia pro gradu lectorie finaliter consequendo, cum depositione patrum conventus predicti, ac si in eodem studio per triennium mansisset, in quo per tempus mansit et ad quem diffinitus fuerat per suam provinciam; non obstantibus... quibuscumque ordinationibus in contrarium ».

⁴⁴⁾ Par exemple « si ... secundum ordinis nostri instituta idoneum et sufficientem inveneris », « examinari et licentiarie... ordinis forma servata », « possit examinari et lectorie titulo decorari », « post examen nostris institutis consonum », « studentes examinatos... licentiarie valeas », « examine debito previo », « fratres... iuxta statuta ordinis quos examine previo sufficientes et ydoneos ad lectorie gradum repereris », « si prehabito examine ydonei reperti », « servata forma nostri ordinis in constitutionibus... tradita », « servata forma ordinis », « consuetudinibus et statutis lectorandorum reservatis », « communi examine previo », « previis lectionibus et disputationibus conuetis », etc.

⁴⁵⁾ Voir notes précédentes.

imposer le « birretum », c'est-à-dire lui conférer le grade de lecteur. « Fecimus lectorem fratrem Leonardum de Bononia, cui imponatur birretum lectorie sive gradus a priore Bononiensi magistro Joanne de Ripis » ⁴⁶). De fait la transmission des « insignia » ne comprenait pas seulement celle de la barrette, mais aussi celle du livre, comme nous le révèlent les directives contenues dans les statuts pour le couvent de Paris promulgués en 1447 par Julien de Salemi. Sur la cérémonie de la promotion au lectorat le « Mare Magnum », rédigé vers 1354 par Thomas de Strasbourg, ne contient pas d'instructions, bien qu'ils la supposent ⁴⁷). Mais toute la cérémonie se trouve bien réglée dans les statuts de Julien de Salemi. Au « Studium » de Paris on avait semble-t-il un peu négligé cette cérémonie au cours des années. Cette négligence pouvait entraîner un certain mépris de cette promotion. Le Prieur Général jugea donc utile de donner un peu plus de solennité à la promotion au lectorat, le seul grade que l'Ordre conférait de sa propre autorité à ses professeurs.

Lorsqu'une telle promotion devait avoir lieu la salle où la cérémonie se déroulerait devait être arrangée ainsi : en face des sièges, tapissés pour cette occasion d'une belle étoffe et réservés aux maîtres, bacheliers et autres pères, on plaçait une table avec un escabeau ou simplement un escabeau d'une certaine hauteur, orné d'une étoffe plus précieuse avec un coussin, où le « lectorandus » devait prendre place. Sur un signe du Régent, présidant à la promotion, le « lectorandus » commençait son cours de théologie. Le cours terminé, le Régent qui devait diriger la « disputatio » posait une question. Le candidat devait alors la développer, en tirer des conclusions, argumenter et défendre aussi longtemps qu'il plairait au maître régent. Après quoi le « lectorandus » quittait la salle.

Le Régent demandait alors aux pères convoqués pour cette promotion de lui communiquer leurs opinions, comme il était d'usage, au sujet de la promotion du candidat. Si le jugement définitif était favorable, le « lectorandus » devait rentrer et reprendre sa place. A sa droite, assis ou debout, le Régent devait alors prononcer un petit discours en l'honneur du « promovendus » en faisant l'éloge de son zèle, de ses études assidues, de ses efforts pour arriver

⁴⁶) Dd 8, fol. 184. Ed. *Anal. Aug.* 7 (1917) 306.

⁴⁷) Ed. *Augustiniana* 6 (1956) 275-321.

finallement à la promotion au lectorat. Cette harangue devait se terminer par une formule dans laquelle il annonçait que par l'autorité du Prieur général il le faisait « lector », en lui donnant toute l'autorité que possédaient habituellement les lecteurs parisiens et qu'il lui remettait donc les « insignia » du lectorat. Il lui faisait tenir un livre, d'abord fermé puis ouvert, pour symboliser qu'il était désormais autorisé à enseigner et qu'il pouvait le faire à juste titre. Il lui remettait ensuite un « birretum auriculare » pour le distinguer des autres frères. Il lui donnait encore un sceau, dont il pouvait se servir désormais librement. La cérémonie se terminait par le baiser de paix et la bénédiction ⁴⁸⁾.

Voilà comment au cours des 13^e, 14^e et 15^e siècles les étudiants des « Studia Generalia » pouvaient arriver au lectorat et comment une telle promotion se déroulait.

⁴⁸⁾ YPMA, *Les statuts pour le couvent des Augustins de Paris promulgués au XV^e siècle*, ed. Anal. Aug. Roma s. d., 49 pp.

« Et quia gradus lectorie magne reputationis fuit et esse in ordine debet, et siquidem merito quoniam solum ipsum gradum ordo conferre complexive potest et perfecte, ideo impertinenter faciendi cerimoniose lectorem modum (dare) volumus.

Advertendum est quod illa hora qua quis lectorie gradum accipit, volumus ad minus illa sedilia in qua in scolis stant magistri et patres sint pannis ornata locoque ex opposito magistrorum sit tabula quedam vel scamnum altum, alicuius proportionate altitudinis, coopertum honorabili panno cum cussinello ibique sedeat lectorandus.

Et ad verbum regentis ibidem legat terciam lectionem, qua lecta regens tamquam katedrans sibi questionem proponat quam lectorandus reassumat et conclusiones ponat arguaturque contra eum quantum placet regenti. Quo peracto lectorandus ammoveatur.

Et tunc petat regens consensum patrum, ut moris est, habitoque affirmativo patrum assensu de eius expedicione regens ad locum lectorandi accedat et sedeat vel stet pedes in parte dextera et lectorandus semper pedes in parte sinistra.

Et tunc regens brevem collationem pro laudi lectorandi faciat, maxime quam gravibus laboribus, vigiliis in diversis locis et studiis, sicut erit opus, operam dederit et conatibus ut ad hunc gradum pervenerit et qualiter laborantibus merces debetur. Quare ego auctoritate ordinis et reverendissimi patris Generalis facio te lectorem, dando tibi auctoritatem quam lectores parisienses habere consueverunt, et ideo tibi insignia lectorie.

Et primo librum clausum et demum apertum in signum quod usque nunc non ex auctoritate et iure potuisti legere et ea docere que in eo contenta sunt, nunc vero ratione gradus tibi datum est librum aperire et aliis legere et docere que in eo continentur. Unde accipis illum quia lector vocaris.

Secundo pono in capite tuo biretum auriculare in signum distinctionum aliorum

Cependant au 15^e siècle le titre de « lector » n'était plus exclusivement conféré à titre scientifique. De plus en plus la coutume s'introduisait de le conférer en vertu d'autres mérites ou en titre d'honneur. La lettre de Julien de Salemi, datée du 26 février 1459, nous donne un exemple d'une telle promotion. Dans cette lettre il déclare que c'était la coutume de ses prédécesseurs de conférer le grade de « lector » à ceux qui avaient été longtemps en leur service et rempli leur fonction avec dévouement. Michel de Icla qui lui avait servi fidèlement pendant plusieurs années n'avait donc pas moins de mérites que les autres pour recevoir cette récompense. Il lui confère donc le titre et grade de lecteur avec tous les grâces, privilèges et prérogatives auxquels ce grade donne droit, en raison de son service dévoué. « Cum mos et consuetudo laudabilis fuerit inter patres generales predecessores nostros, ut hii qui eis notabili tempore prudenter, sollicite et fideliter obsequiosi fuerint quasi ex iure ad gradum lectoris sibi vendicabant in honorem et memoriam quia deputati fuerant in servicio tantorum patrum et supremorum patrum Ordinis, videlicet patrum generalium, cum igitur tu pluribus annis serviciis nostris occupatus fueris et tu quanta diligentia, prudentia, honestate et fidelitate hoc feceris vere explicare non valemus, et tanto laboriosius pre ceteris hoc perfeceris quanto nos[pre] patribus predecessoribus nostris continue varia egritudine vexati fuimus, Ideo tibi non minus ceteris servitoribus nostrorum predecessorum mercedem, quam illi receperunt impendere volumus. In festo igitur cathedre sancti Petri vicesima secunda februarii MCCCCLVIII in presentia totius nostri conventus Messanensis, fecimus te lectorem cum gratiis et privilegiis quibus ceteri lectores Ordinis gaudere consueverunt. Tenore igitur presentium per presentes declaramus Nos te esse lectorem in Ordine cum gratiis ut supra. Datum etc. ⁴⁹⁾ ».

En 1443 le chapitre de la province romaine réuni à Orvieto, conféra le grade de « lector » à Pierre de Tuscanella pour honorer

fratrum simplicium, quod antiquitus non nisi lectores portare poterant et nunc eciam fieri deberet.

Tercio do tibi sigillum in distinctionem eciam aliorum, quo in futurum libere uti possis in opportunis.

Quarto do tibi osculum pacis et paternam benedictionem ut fecit Ysaac Jacob et cum omnibus pacem habeas et a Deo et ab hominibus sis eciam laudatus et benedictus. Amen ».

⁴⁹⁾ Dd 6, fol. 246^{vo}. Messane 26 feb. 1459. Ed. *Anal. Aug.* 6 (1917) 24, 25.

ses qualités de prédicateur ⁵⁰⁾. Une autre promotion à titre d'honneur est celle d'André de Malleano, prieur du couvent de Viterbe, en raison de ses mérites pour ce couvent. Maître Paule de Nepe reçut en 1456 l'autorisation de le promouvoir ⁵¹⁾. D'ailleurs au 15^e siècle ces promotions étaient assez fréquentes ⁵²⁾. Les Chapitres Généraux de Rome en 1476 et de Pérouse en 1482 supprimèrent toutes les grâces et prérogatives jointes au grade de lecteur accordé à titre honorifique depuis le Chapitre Général tenu à Bologne en 1470 ⁵³⁾.

⁵⁰⁾ *Acta Cap. prov. Romanae* 1443, *Anal. Aug.* 6 (1915) 426. « Item cum reverendus pater frater Petrus de Tuscanella sit immense gratus omnibus populis quibus predicat, et sit bone vite et fame, qua de re ad gradum lectoris satis videtur esse dignus, ideo ut ipsum debito honore honoremus, ipsum ad gradum lectorie diffinimus et habilitamus ».

⁵¹⁾ Dd 6, fol. 182^{vo}. Neapoli 8 maii 1456. « Precepimus magistro Paulo de Nepe in sancte obedientie meritum, quatenus... Insuper attento quod frater Andreas de Malleano in conventu Viterbii multa bona operatus est, ex quo per capitulum institutus est in priorem eiusdem conventus, ut de bono in melius honorem et profectum predicti conventus studeat augere, concessimus auctoritatem nostram eidem magistro Paulo in conferendo sibi lectorie gradum cum omnibus gratiis lectoribus (dari) consuetis » ed. *Anal. Aug.* 7 (1907) 387.

⁵²⁾ Dd 6, fol. 169. Rome 6 maii 1452. « Fecimus lector honoris fratrem Angelum de Cave cum omnibus gratiis, libertatibus et exemptionibus, quibus perfrui consueverunt et ceteri lectores Ordinis » ed. *Anal. Aug.* 7 (1917) 380.

Dd 7, fol. 212^{vo}. Rome 9 febr. 1471. « Fecimus lectorem honoris fratrem Augustinum de Senis cum gratiis consuetis, dispensantes super illa diffinitione facta in capitulo generali Bononie, que vult quod lector nesciens loqui latinum nec predicare, non possit uti gratiis lectorum ».

Dd 7, fol. 46. Bononie 15 jun. 1470. « Dedimus auctoritatem magistro Audaci de Valentia faciendi tres lectores honoris et unum biblicum, quos volumus gaudere privilegiis (et) exemptionibus, quibus alii lectores gaudere solebant ante capitulum Bononie proxime celebratum ».

Dd 7, fol. 213^{vo}. Rome 18 dec. 1471. « Fecimus lectorem honoris fratrem Paulinum de Senis cum gratiis consuetis, derogantes omnibus diffinitionibus in contrarium facientibus » ed. *Anal. Aug.* 7 (1917) 174, 175; voir aussi pp. 180, 181, 182, 184, 185, 199, 266, 267, 309, 314-316, etc.

⁵³⁾ *Acta Cap. Gen.* 1482, *Anal. Aug.* 7 (1917), 273: « Item mandamus quod graduati honoris et magistri facti non per viam rectam legendo, disputando et alios actus scolasticos fatiendo, solo nomine sui gradus gaudeant, prout auctoritate Sanctissimi domini nostri domini Sixti divina providentia Pape quarti nobis iniunctum est, ut ubicumque locorum faciamus inviolabiliter observari... ».

l. c. 275: « Item confirmamus diffinitionem factam in eodem capitulo Romano (1476), quod omnes graduati gradu honoris a capitulo Bononiensi celebrato anno 1470 usque ad hunc diem intelligantur gaudere solum nomine gradus accepti a

Vers la fin du 14^e siècle déjà les titre et grade de lecteur furent conférés pour d'autres raisons que les qualités scientifiques, semble-t-il. L'autorisation accordée le 18 janvier 1387 au maître Grégoire de Rimini d'« insignire gradu lectorie » Jean de Sancta Anatolia, et qui le dispense au même temps du stage de « cursor », de l'examen et de tous les autres actes que les « lectorandi » ont à accomplir d'après les Constitutions et les « Additiones », semble plutôt une promotion honorifique qu'une promotion scolaire ⁵⁴). D'ailleurs quelques autres lettres prieurales du même registre, d'une tournure bien différente des lettres concernant la promotion scolaire semblent se rapporter également à une promotion honorifique ⁵⁵).

Dans le cadre d'une promotion à titre d'honneur doit être placée aussi la « Oraison » d'Ambroise de Cora, conservée dans le manuscrit lat. 5621 de la Bibliothèque Nationale à Paris, et intitulée : « De lectorie gradu » ⁵⁶). Cette « Oraison » n'est pas un exposé sur l'intérêt et l'importance de ce grade, mais une allocution prononcée à l'occasion de la promotion au lectorat d'un certain frère Basile. Rien ne nous permet d'en fixer la date et le lieu. Probablement Ambroise n'était-il pas encore Prieur Général de l'Ordre ; car il y dit avoir reçu l'autorisation de procéder à cette promotion. Ce n'était pas tout à fait une promotion à titre scientifique, puisque le candidat ne disposait pas des qualités requises. Ce n'était non plus une promotion purement honorifique, car elle avait lieu en vertu de ses efforts dans le domaine scolaire.

Voici le texte du discours :

Oratio magistri Ambrosii de Cora « De lectorie gradu ».

Non parum timeo, patres amplissimi, hunc nostrum Basilium

capitulo ut supra; gratiis autem immunitatibus, libertatibus et exemptionibus, talibus gradibus debitibus aut dari consuetis, nolumus eos gaudere, sed ut simplices conventuales omnino habeantur et tabule communi inscribantur, et baccalariis ac lectoribus actualibus in omnibus cedant ».

⁵⁴) Voir note 43.

⁵⁵) Dd 2, fol. 30. Padue 2 feb. 1385. « Dedimus Augustino de Cortonio litteram testimoniam qualem ipsum lectoravimus in conventu de Padua ».

Dd 2, fol. 30^{vo}. Padue 6 feb. 1385. « Dedimus litteram testimoniam fratri Augustino de Cortonio qualiter eum fecimus lectorem sive lectoravimus ».

Dd 2, fol. 45. Veneciis 12 jul. 1385. « Dedimus litteram testimoniam fratri Johanni de Urbino qualiter eum lectorem fecimus ».

⁵⁶) Ms. lat. 5621, fol. 13-15^{vo}. « Sequitur oratio eiusdem magistri Ambrosii de Cora De lectorie gradu ».

temerarium censeatis. Hoc [ms. Hac] mihi pudendum esse iudicetis, cum ipse hunc dignitatis gradus assumere, nos vero (f. 14) illum ei tribuere audeamus ; qui non nisi viris doctissimis pariter et eloquentissimis quadam pro dignitate concedi solet. Nam diale[c]tice, phylosophie atque theologie studuerit et in illis non mediocriter instructus sit oportet ; a quibus profecto alienus atque semotus ipse videtur.

Qua de re non modo assumi ad hanc dignitatem [non] meretur, verum quosque tales ea privari equum atque consentaneum sapientes iudicant. Sed num ex eo obiurgandos tantos ac tales viros putabimus, qui non modo omnium scientiarum genere imbuti, sed magna sapientia prediti, omnium sapientium iudicio existimantur. Et huius nichilominus promotionis principium et causa extitere. In magna satis hoc dicendi genus contemptione positum est. Quid igitur agamus. Quid dicamus. Quidve animo vestro persuadeo, qui oratoris officio in hoc sacro virorum conventu fungor.

A fine quippe omnem operam atque actionem appellari iustum cum Aristotele censemus. Qui si rectus, si undique malitie expers, recte opus factum esse iudicabunt. Quo horum igitur hanc dignitatem suscipere optaverit. Unde ad eam impellatur. Qua fronte, quo animo, quo denique consilio regatur, indigare peroportunum existimavi, ut insontium obiurgationes, protervorum iudicia, invidorum denique detractationes et argumenta effugere atque confugere valeamus ; que si in apertum deducere affectem, ab eo initium dicendi capiam, unde id fieri commodius existimabo.

Erat enim hic militie deditus et celer valensque pedita, ut vos eius agilitate demississimisque sui corporis viribus sane (f. 14 v^o) censere potestis. Hec tamen exercitatio et si digna laude, et in ea longe ydoneus fuerit, adeo ut eum ad altiores annos pervenisset, non modo miles verum etiam dux evasisset, quique ea disciplina peditus iudicaverit. Ne tamen operam atque industriam simul perderet, preclariorem vivendi modum eligere maluit, illo itaque rore de quo phylosophie et morum splendor Socrates dixit : nemo unquam vir bonus sine aliquo afflatu divino.

Basilus hic noster compunctus Augustini, qui fidei christiane splendidissimum iubar extat, sacratissimam religionem introivit. Non penuria ductus, non spe magna vivendi orbatus, ut plerique faciunt, non invalidudine, non aliquo convictus crimine, non denique ut sublimia scanderet, vel in notabile malum incidere dubitasset, sed,

ut paulo ante retuli, sola conscientia et illius voce ductus qui peccatores ad penitentiam exclamare nunquam desinit.

In hac autem religione sanctissima, sic vitam suam instituit, sic bene beateque vixit, ut iure Basilius nominetur. Precellentissimum namque illud nomen Basilius et fidei firmitatem et beate vite constantiam designat, quam et ipse apprime assecutus est, qui, et si amplas secularesque vias expertus fuerat, artam nichilominus vitam deinceps ducere nusquam moleste tulit; sed velud immobilis basis ab optimo atque primo vivendi proposito discedere numquam excogitavit. Non hac re contentus fuit; sed cum religione litteras simul coniungere studuit. Quibus (f. 15) etsi adulta etas non parum opugnare videbatur, nichilominus ab ipsis licterarum primordiis, cum xxii annum attingeret, sic studia ferventer suscepit, ut omnem gramatice partem, et que legere ostendit et que recte scribere docet [et] que congrue fari demonstrat, quasi si amenissimum deliciosumque pabulum ederet, repentino quodam cursu didicit. Hic dicendi artem subinde aggredi maluit, quam sic adeptus est ut cum velit epistolas componere non ambigat. Dedit se insuper illi officio preclarissimo quo sacer apostolorum chorus decoratus extat; quod tam graviter tamque accurate (nisi acerba vene pectoralis fractio contigisset) exerceret, ut magnos etiam evangelii preconizatores superaret.

Quid plura. Ad altissimarum scientiarum studia se contulit. Que si etati atque langoribus suis aperte satis opposita sint, immensas tamen ginasiorum labores nequaquam abiecit, sed omnem operam atque studium pro viribus adibuit. Quod si philosophiam theologiamque nondum adeptus sit, is ei animus est, ut omne vite sue tempus in earum acquisitionem assumere velit. Quibus sane, qui ei nobisque presunt, concitati, ad hanc ipsum dignitatem pretulere.

Nam cum virtus omnis in arduo consistat, eque sublevandi sunt qui pares labores in acquirenda virtute ferunt, si minus etiam alter, alter vero magis nactus fuerit. Gravior namque est pauper deo, qui pure, nitide, laboriose ac libentius ei talentum unum offert, quam qui dives ullo sine incommodo magnum auri pondus donabit. Eatenus hic tempore in amplectendis (f. 15 v^o) scientiis pauper, eque ad honorem suscipiendus est, qui tantos totque labores sustinuit, velut qui diuturno tempore sua proiuventute habundat, paulo uberius scientiarum profunditatem exhaustit.

Quanti denique pretii in quem versatur, finis existimandus sit, dicam. Tria quippe sunt, quantum ego accep[i] que ipsum ad hanc

rem impellunt : cognatorum scilicet consolatio, fides et maxima tanti viri exortatio qui eum ad religionem assumpsit ; postremo ut ad capescendas virtutes multo propensior esse queat.

Hic igitur finis, hec animi cogitatio, hec denique sua intemptio. Hac fronte, hoc animo commovetur ; que nec parvi facio, cum adhibendus aditus sit qui bene hac beate operari affectat. Que ut executioni committere valeas, ego, cui hec concessa auctoritas est nec invitus, hanc tibi dignitatem inpendam. Ob eam igitur rem ad me proficiscere.

E. YPMA, O. S. A.

Paris.